



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XI. Gebhard d. Aeltere von Alvensleben vereignet einem Bürger in Magdeburg zwei von ihm zu Lehn getragene Hufen in Glüfig in der Absicht, sie dem Kloster zu Althaldensleben zuzuwenden, am 23. April ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XI. Gebhard d. Aeltere von Alvensleben vereignet einem Bürger in Magdeburg zwei von ihm zu Lehn getragene Hufen in Glüsig in der Absicht, sie dem Kloster zu Althaldensleben zuzuwenden, am 23. April 1282.

Geuehardus senior de Aluenfleue, miles, — a Conrado de Haldenfleue, ciue Magdeburgensi, cum diligentia requisitus, vt ei duos manfos proprietatis mee, sitos in campo ville Glufinge, et pertinentes ad eos duas areas sitas in villa eadem — — quos iure feodali a me pluribus ante temporibus redimerat, iure proprietatis venderem, hoc respectu quod — — deinde ipse eoddem monasterio — — in veteri Hallenfleue — — conferret — —. Ego — — super hiis heredum meorum requisivi et obtinui voluntatem vt decuit et consensum, propter quod — — acceptatis ab ipso Conrado quatuor marcis Stendal. argenti, commisi eidem — — eoddem manfos titulo proprietatis — — possidendos. — — Datum Arrekefleue, Anno domini M°. CC°. LXXXII°. IX°. Calend. Maji.

Nach einer Abschrift im Halberst. Dom-Archiv, aus der Wohlbrück'schen Sammlung.

XII. Gebhard der Aeltere von Alvensleben und dessen Söhne vereignen dem Stifte Halberstadt 7 Hufen Landes zu Umden, am 18. Februar 1283.

Nos Geuehardus senior de aluenfleue et nos Geuehardus, henricus, fridericus et albertus, fratres, Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos de pleno consensu omnium heredum nostrorum damus et donamus septem manfos proprietatis nostre cum omni iure et utilitate, sitos in Emmedhe, venerabili halberstadenfi ecclesie perpetuo possidendos. Promittimus insuper et nos obligamus literas per presentes, quod ecclesiam halberstadensem eximere debemus et absolueri ab omni uexatione et impetitione, qua ipsam ratione predictorum Manforum quisquam impetere uoluerit seu uexare. Damus nichilominus et prestamus predictae halberstadenfi ecclesie veram iustam et firmam warandiam super manfis predictis presentium testimonio litterarum, quas nos Geuehardus, henricus, fridericus et albertus, fratres supradicti de aluenfleue, sigillo patris nostri domini Geuehardi fecimus roborari. Actum et Datum aluenfleue, anno Domini Millesimo CC. LXXXIII. XII. kal. Marcii.

Nach dem Orig. des Königl. Provinzial-Archives zu Magdeburg.